



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectae

Sandini, Antonio

Bambergae, 1753

CLXIX. Hadrianus IV. Anno Christi 1154. Federici Regis 3. Manuelis
Comneni 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

jar ætas verendum faciebat. Eju
in I. teranensem Basilicam beneficia præcipuâ laude fertur. Anno,
qui secutus est, 1154. IV. Nonis
Decembr. moritur, post annum Pon-
tificatus unum, menses quatuor & dies
tres supra viginti. (1)

ANNOTATIONES.

(1) Anastasius IV. in ep. ad Wibaldum
Abbatem Stabulensem & Corbejensem in
Saxonia, apud Martene tom. 2. Veter.
Scriptor. pag. 572. *Usum annuli ex-
sueta benignitate Apostolicæ Sedis in con-
tua tibi tantum duximus indulgendum,*

CLXIX.

HADRIANUS IV.

ANNO CHRISTI 1154.

FEDERICI REGIS 3. MANUELIS
COMNENI 12.

HADRIANUS IV. Anglus, Ne-
colaus antea dictus, proximo
post Anastasii IV. occasum die in
ejus locum subrogatus est. Tres ha-
buit adversarios, Romanos, Guelle-
mum Siciliæ Regem & Conradi III.
successorem Federicum I. *Enobor-
bum*, cui in Italiam adveniendi oc-
cur-

currens pacis osculum denegavit, do-
 nec sibi stratoris officium de more ex-
 hiberet. Romani, cum Arnaldi Bri-
 xiensis præsentia, qui rursus irrepse-
 rat in Urbem, rediissent ad furorem
 pristinum antiquæ Reipublicæ resti-
 tuendæ, novas turbas excitârunt,
 eoque provecti sunt, ut Gerardo
 Cardinali S. Pudentianæ Pontificem
 adeunti infligerent vulnera. Eam ob-
 rem Hadrianus sacra interdixit Civi-
 tati. Tanta inde pavor incussus Cle-
 ro, populoque Romano, ut Senatores
 cogeret ad officium redire, juratosque
 promittere, se, Arnaldo cum sociis
 expulso, Pontifici subjectos fore:
 (1) quod cum fecissent, Civitatem li-
 beravit interdictione sacrorum. So-
 lutus curâ belli domestici, externum
 suscepit adversus Gulielmum Siciliæ
 Regem filium Rogerii. Belli hujus va-
 ria fuit ab initio fortuna. Tandem
 Hadrianus Beneventi obsessus cum
 suis in tantas angustias compulsus est,
 ut nec se ipsum, nec suos liberare potue-
 rit, nisi conditionibus indignis valdè sus-
 cepis, quas nullus hæctenus Pontifex à
 quibusvis implacabilibus Romana Eccle-
 sia hostibus suscepisset tantâ jacturâ Eccle-
 sia hostibus suscepisset tantâ jacturâ Eccle-

Bar. an.
 1155. §. 1
 2. 8. 17. 2. 1

Bar. an.
 1156. §.
 1. 2. 5. 8.
 Pag. §. 1. 2.

Uu

siastica

fiastica libertatis. (2) Namque Gulielmo concessit, ut nec Siculis jus esset appellandi Romanum Pontificem nec Romano Pontifici mittendi Legatos in Siciliam, nisi prius id Rex ipse, ejusque successores petissent. (3) Offensus in Hadrianum Federicus, quod suspicaretur, eò pacem fecisse cum Gulielmo, ut societate eius

Bar. an. potentior esset adversus se. Itaque

1157. §. 1. cum Hadriano, quò quo antea fuerat

3. 6. 9. Imperii coronâ decoratus, inimicis

Pag. §. 1. 2. suscipere, & dissidii occasionem quaerere

Bar. an. rere irrogatis injuriis. (4) Quo et

1159. §. 1. dissidio post mortem Hadriani exortum

5. 6. 18. est schisma, quod Ecclesiam

23. Pag. turbavit annos fermè duodeviginti.

§. 4. 5. Mortuus autem est Anagninæ anno

1159. Kal. Septembr. cum annis quatuor

suor, menses octo, & dies undeviginti

regnâset: cujus hæc est haud minima

laus, quod tantum abfuit à cupiditate

opes aggerendi ad suos, ut matrem

relinqueret, alendam sibi Ecclesie

Cantuariensis. (5)

ANNOTATIONES.

(1) Arnaldus, referente Ottone Frisingensi de gestis Federici l. 2. c. 21. & Guntero notata pariter de gestis Federici l. 3. pag. 43. notatus in finibus Hetruriæ.

*Appensusque Cruci, flammæque cre-
mante solutus.*

*In cineres, Tiberine, tuas est sparsus
in undas.*

*Ne stolidæ plebis, quem fecerat im-
probus, error*

*Martyris ossa novo cinerésve foveret
honore.*

(2) Baronius ad an. 1156. §. 2.

(3) *At ista omnia, qua contra Eccle-
siasticam libertatem, urgente necessitate,
vim & metum extorta sunt ab Hadriano
Romano Pontifice per Gulielmum cogno-
mento Malum Sicilia Regem, sub Inno-
centio Papa III. novis pactis, honestiori-
bus conditionibus interpositis, sunt peni-
tus cassata atque prorsus abolita, ipsa ve-
ro libertas Ecclesiastica suo robore inte-
grata, atque in præstinum restituta:*
Baronius ad an. 1156. §. 8.

4. Vide epistolam Alexandri III. apud
Labbeum tom. 10. Conc. pag. 1362.

(5) Hadrianus IV. usum sandaliorum &
Dalmaticæ concessit Wibaldo Abbati Stabu-
lensi & Corbejensi in Saxonia. Martene tom.
2. veterum Scriptorum pag. 616.

Fabula est, vitam Hadriano ademtam
ab musca, quæ hausta simul cum aqua in
gutturum ejus adhaerit, ut nullo artificio
medicorum avelli poterit, tali modo ul-
ciscente Deo anathema ab eo inflictum Im-

Uu 2

pera.

peratori. Baronius ad an. 1159. §. 20. Belli-
minus de Translatione Imperii lib. 1. cap. 3.

CLXX.

ALEXANDER III.

ANNO CHRISTI 1159.

FEDERICI IMP. 5. MANUELI
COMNENI 17.

Bar. an. 1159. §. 28. 33. Pag. §. 19. **A**LEXANDER III. Senensis, *Pa-*
landus Paperonus antea dictus
ad cujus litteraturam pauci de praece-
soribus ejus infra centum annos attinge-
runt, (1) anno 1159. Idus Septembris
electus invitatus renitensque, & ante
diem XII. Kal. Octobr. consecratus
ornatusque coronâ Pontificali. (2)
Hic adversa expertus est insigniter
toto fere Pontificatu. Dicit enim vix
potest, quanta passus sit à quatuor
falsis Pontificibus, ab Henrico
II. Angliæ Rege, & Federico
I. Imperatore. Fugam capere con-
atus, exulare compulsus, anathemate
damnatus, animum nunquam despon-
dit, & quâ erat constantiâ planè ad-
mirabili, illustrem de adversariis om-
nibus victoriam reportavit. Primum
enim atque alterum ex Pseudoponti-
ficis